

**[Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 1068666]  
 HIERONYMUS WOLFIUS AD TYCHONEM  
 BRAHE.**

**S.**

CUM hi populares tui, nobilissime et humanissime D. TYCHO, uam mihi operam benigne pollicerentur, nolui eos in meis literis dimittere. Scias ergo me pro ætate mediocri esse valetudine, neque quicquam habere, quod de fortuna etiam magnopere querar, arte mea philosophica contentus. Sed quid interim Uranie tua? Illam quidem non dormire, non cessare per uiam habemus. Sed nihil ad nos propter locorum intervalla haec tenentur et perlatum. Quod tamen ut fiat, si pro humanitate tua curaveris, rem nobis gratissimam feceris. || Nos tristes Astronomi, CYPRIANUS, TURNEISSERUS, STADIUS, HEINSCHIUS et alij multum a vero tempore initij proximæ Eclipsos aberrarunt. A MÆSTLINO diu nihil accepimus. Motus Solis verus adhuc valde controversus est; qui utinam accuratis tuis observationibus certo deprehendatur et constitutatur. Quod quo facilius præstare possis, Deum tibi propitium precor. Vale. Aug. tæ Vindellicorum 8. Februarij Anno 1580.